

## CLEOBOLVS LYNDIVS.

**C**leobolus Lyndius dixisse fertur: μέτρον αἴρεσθαι quod latine sonat modus, Quid hoc breuius, quid sapientius dici potest? cuius in singulis vitæ nostræ particulis meminisse conueniet, seu vigilandum, seu dormiendum, seu laborandum, seu quiescendum erit, seu loquendum vel tacendum: Et ut breuiter cuncta complectar, quicquid agemus, quicquid cogitabimus, nisi hoc ante oculos semper habuerimus, facillimè crebro nimis obrabimus. Hinc traxisse videtur Comicus Terentius, quod ait in Andria:

Nam hoc arbitror apprimè in vita esse utile:

## NE QVID NIMIS.

Explicauerat aliis verbis Cleoboli sententiam, si addidisset, & Ne quid parum, nisi forte hoc ipsum nimis ad utrumque porrigitur. Itaque plenius locutus mihi videtur Flaccus, ubi ait:

Est modus in rebus sunt certi denique fines:  
Quos ultra citraque nequit consistere rectum.

## THALES MILESIUS.

**N**Oxā præsto esse spōdenti: Vel adesse vadimonio Thaletis Milesij senten-